



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 17. Propositiones Legatis a Franciæ Oratoribus factæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

tates, sed etiam vitam, & Sanguinem, si opus sit, cupiat effundere.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Hæc Pibraci oratio non omnibus Synodi Patribus probabatur, quinimo Gallica hæc libertas, qua plura effutiebatur, nonnullis displicuit, ac præcipue Hispani in eo vehementissime redarguebant, quod hic Orator temerarie asserere non erubuerit, Synodum sub Paulo III. & Julio III. dissolutam fuisse, quin tamen quicquam bonum statuisset, aut prout in aliis exemplaribus legitur, quin aliquid memoratu dignum gessisset.

§. XVII.

Propositiones Legatis a Franciæ Oratoribus factæ.

Altera die Franciæ Oratores accesserunt Papæ Legatos, quibus hæc exponebant: „Reverendissimi, atque „Illustrissimi Præsides: duo sunt præcipue, quæ vobis proponere tenemur, „& quidem primo Franciæ Episcoporum „absentiam excusamus: secundum autem caput respicit nomen huic Concilio tribuendum: porro quod primum „articulum spectat, legitima hujus absentiae causa sunt tumultus, qui circa „Religionem fuerunt exorti; non enim „Episcopi iter aggredientur, nisi prius „hæ turbæ fuerint sedatæ, quod tamen brevi eventurum speramus: al-

Att. du
Concil. t. c.
Mem. p. 199.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

„terum vero caput non concernit Re-
„gis Christianissimi, aut Reginae Ma-
„tris suæ, neque illius Fratrum, vel
„Navarræ Regis, aut aliorum Regni
„Principum commoda, sed salutem
„illorum, qui sese ab Ecclesiæ Romanæ
„Religione segregarunt, ac sæpius de-
„clararunt, quod Concilii sub Paulo III.
„inchoati continuatio ipsis esset suspecta,
„ac duntaxat ad novum Concilium ve-
„nire intenderent: omnium quoque
„Catholicorum vota eo abeunt, ut juxta
„Sacras Paginas, Sanctos Patres, &
„vetera Concilia definiantur ea, quæ
„Religionis dogmata, ac disciplinæ
„præcepta tangunt: ceterum id non
„eo proponimus animo, ut tumultus
„excitemus, ac Synodum dissolvamus,
„quia nostri Regis Oratores jam de ea-
„dem re cum Cæsare egerunt, qui pro
„Confessionis Augustanæ Sectatoribus
„idem postulavit: contulerunt quoque
„ea de re cum Pio IV., qui sæpe respon-
„dit, quod hæc controversia ipsum pa-
„rum angat, lisque sit inter Franciæ,
„& Hispaniæ Reges exorta, cujus ta-
„men decisionem lubenti animo Synodi
„Patribus relinqueret.

His addebant: „Bulla, qua Con-
„cilium fuit indictum, ambiguis, ac
„captiosis verbis concepta sibimetipsi
„repugnare videtur, dum Papa dicit,

„indict-

„inducendo continuamus, & continuando
 „inducimus, ibidemque sæpe suspensio-
 „nis mentio injicitur: si enim novum
 „est Concilium, cur sermo fit de con-
 „tinuatione, & *suspensione sublata*: si ve-
 „ro prioris Concilii continuatio est, cur
 „adhibetur vox indictionis, quæ non-
 „nisi novæ Synodo convenit? hanc ob
 „rationem petimus, ut novi Concilii
 „indictio claris, ac disertis verbis fiat,
 „absque omni verborum ambiguitate,
 „uti omnia illorum, qui professione Chri-
 „stiani censentur, verba, & actiones
 „esse oportet: porro, si secus fieret, abs
 „dubio tot Patrum hic congregatorum
 „labor in irritum cadet: non autem
 „exinde sibi quis persuadeat, quod pro-
 „pterea quodammodo Sedis Apostolicæ
 „auctoritatem imminuere moliamur,
 „aut derogare Conciliis, quæ regente
 „Spiritu sancto nihil Religioni adver-
 „sum unquam decernent: ast Concilii
 „Tridentini decreta, quorum memini-
 „mus, nec ab Ecclesia Gallicana, nec
 „ab ipsomet summo Pontifice fuerunt
 „recepta: certe Henricus II. Rex ad-
 „versus eadem decreta per suos Orato-
 „res palam reclamabat, si tamen circa
 „rerum Ecclesiasticarum administratio-
 „nem aliqua adhuc retinenda occurrunt,
 „nequaquam obluetabimur, sed etiam
 „nostram spondemus operam. Hæc
 „D 3 sunt,

Sæcul. XVI.
 A. C. 1562.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.
„sunt, quæ prolixius in nostris sermo-
„nibus exposuimus, circa quæ & vos
„vestram pronuntietis sententiam, eo
„potissimum nomine, quod Pontifex
„vobis suam desuper potestatem, atque
„auctoritatem commiserit.,,

§. XVIII.

*Legatorum responsum ad Franciæ
Oratorum postulata.*

Has petitiones Franciæ Oratores scri-
pto consignatas Legatis relinque-
bant, quibus ipsi sic responderunt: „nos
„Episcoporum absentium excusationem,
„quantum in nobis est, approbamus, sed
„eorum, quæ in Concilio peragenda
„sunt, discussionem ad illorum usque
„adventum differre non possumus: id
„enim Patrum, qui jam pridem Tri-
„dentum adventarunt, nimio incom-
„modo foret, neque declarare, quod
„hæc Synodi indictio sit nova, a nobis de-
„pendet, sed tantummodo juxta diploma-
„tis Pontificii tenorem, & Patrum vo-
„luntatem ibi præsidere licet.

Hispani hanc Legatorum declaratio-
nem palam fugillabant, perinde ac si
nonnisi simulata esset, & Legati verbis
sefe Concilio submitterent, opere au-
tem eidem dominarentur: Galli autem
Oratores tum Legatorum responso con-
tenti videbantur, ac deliberatione ha-
bita